

✠ IN NOMINE DOMINI
SALVATORIS NOSTRI IHESU
CHRISTI DEI ETERNI: SECUNDUS
RICHARDUS DIVINA ORDINANTE
CLEMENTIA CAPUANORUM
PRINCEPS: PETITIONIBUS
DILECTORUM SUORUM FIDELIUM
CLEMENTER AC BENIGNE FAVET:

Notum sit omnibus Sanctae et
Catholice aecclisiae filiis. Quoniam Nos
secundus Richardus divina ordinante
clementia Capuae princeps. per interventu
Richardi de aquila. et Guilielmi de pirollo.
nec non Cansolini Iudicis vice nostra.
nostrorum dilectorum baronum et
fidelium. Insuper pro salute animarum
principum Richardi scilicet avi. et Iordani
patris nostri. ac ob statum nostri
principatus. In Monasterio beati Laurentii.
levite et martiris christi. sito prope muros
nostrae aversanae urbis. Cui dominus
Guarinus venerabilis abbas prehest: per
hoc videlicet principale scriptum in
perpetuum. offerimus. damus. tradimus.
Concedimus. et Confirmamus.
quattuordecim homines quos Gerbaldus
Cappellanus noster tenuit in matalone.
Videlicet Petrus veteranus. Sassus
vulpone. Iohannes presbyter. Stephanus
cazzella. Petrus benedicti. Iohannes alvus.
Ioannes rod Iohannes guerra.
Bernardus. filius cuiusdam masi
. . Landulfus filius cuiusdam palumbi
Stephanus de sico. Iohannes piponis.
Maraldus acinu. Martinus donadei. Omnes
prescripti quattuordecim homines Cum
omnibus Rebus et possessionibus eorum.
et cum fratribus et nepotibus et filiis et
universis heredibus eorum. qualiter illos
tenuit et dominatus est predicitus
Gerbaldus. Nos prenotatus Secundus
Richardus Capuanus princeps. per hoc
videlicet principale scriptum in prephato
monasterio Sancti laurentii: offerimus

✠ Nel nome del Signore Salvatore
nostro Gesù Cristo Dio eterno, Riccardo
secondo per volontà della divina
benevolenza principe dei Capuani
benignamente e con dolcezza acconsente
alle richieste dei suoi dilette fedeli.


Sia noto a tutti i figli della santa e
cattolica Chiesa che Noi Riccardo
secondo per volontà della divina
benevolenza principe di **Capuae**, per
intervento di Riccardo **de aquila** e
Guglielmo **de pirollo** nonché del giudice
Cansolino nostro vicario, dei nostri
diletti baroni e fedeli ed inoltre per la
salvezza delle anime dei principi
Riccardo e Giordano vale a dire il nonno
e il padre nostro e per la prosperità del
nostro principato, al monastero del beato
Lorenzo levita e martire di Cristo, sito
vicino alle mura della nostra città
aversanae, a cui presiede domino
Guarino venerabile abate, mediante
questo scritto principale in perpetuo
offriamo, diamo, consegniamo,
concediamo e confermiamo quattordici
uomini che Gerbaldo nostro cappellano
tenne in **matalone**. Vale a dire: Pietro
Veterano, Sasso **vulpone**, il presbitero
Giovanni, Stefano Cazzella, Pietro
benedicti, Giovanni Alvo, Giovanni **rod**
., Giovanni Guerra, Bernardo
figlio di tale Maso, Landolfo
figlio di tale Palumbo, Stefano **de sico**,
Giovanni Pipone, Maraldo **acinu**,
Martino **donadei**. Tutti i prescritti
quattordici uomini, con tutti i loro beni e
possedimenti e con i loro fratelli e nipoti
e figli e con ogni loro erede, come li
tenne e dominò il predetto Gerbaldo, Noi
anzidetto Riccardo secondo principe
Capuanus mediante questo scritto
principale al predetto monastero di san
Lorenzo offriamo, diamo, consegniamo,
concediamo e confermiamo in possesso

damus. tradimus. Concedimus. et Confirmamus. ad possessionem. et potestatem. et dominationem predicti monasterii. et prephati domini Guarini venerabilis abbatis. eiusque successorum in perpetuum. ad faciendum et persolvendum ipsi omnes in predicto monasterio. omnem Censum. et dationes. publicalia et scaditiones. et servitia. et alia omnia que parti rei publice. facere et persolvere debent. aut debuerint. Quam et in predicto monasterio per hoc principale scriptum damus in excambio pro nikolao maglola. Unum nostrum hominem Videlicet Iohannes de rozza. et filios et heredes eius. cum omnibus rebus et possessionibus eius. ut cum iste iohanne qui est habitator in eodem matalone. sint quindecim. ut predictus iohannes et filios et heredes eius. in perpetuum. in predicto monasterio. faciant et persolvant. Censum. et dationes. publicalia et scaditiones. et servitia. et alia omnia que parti rei publice facere et persolvere debent aut debuerint. Item in predicto monasterio Sancti Laurentii. Concedimus et Confirmamus. aecclesiam Sancte dei genitricis virginisque Marie. quae Cappella vocatur. cum omnibus suis pertinentiis. quae est sita foras matalone. videlicet a parte orientis. qualiter Gerbaldus eam tenuit. Simili modo in predicto monasterio. Concedimus et Confirmamus. Integram. unam petiam de terra quae est in territorio matalone. loco Sambucitu. habentem in se decem et octo modios terrae et per hos fines. Ab uno latere. est finis terra quam a nos Rodulfus de ponte ercimfrida retinet. Ab alio vero latere est Coniuncta palude. Ab uno Capite. est finis via publica. Ab alio vero. est finis semita quae vadit ad eandem paludem. una cum omnibus que inferius et superius in ea esse ivenitur. et cum viis. intrandi ibidem et exeundi. et cum sepibus et universis eius pertinentiis. Haec omnia prescripta qualiter hic supraphati sumus. Nos prenotatus

e potestà e dominio del predetto monastero e del suddetto domino Guarino venerabile abbate e dei suoi successori in perpetuo affinché tutti gli stessi facciano e paghino per il predetto monastero ogni tributo e dazione, imposta e confisca e servizio e ogni altra cosa che debbono o dovranno fare e pagare per la parte della cosa pubblica. Inoltre al predetto monastero mediante questo scritto principale diamo in cambio per Nicola **maglola** un nostro uomo, vale a dire Giovanni **de rozza** e i suoi figli ed eredi con tutti i suoi beni e possedimenti, di modo che con questo Giovanni che abita lo stesso in **matalone** sono quindici, affinché il predetto Giovanni e i suoi figli ed eredi in perpetuo al predetto monastero facciano e paghino i tributi e le dazioni pubbliche e le confische e i servizi e tutte le altre cose che debbono o dovranno fare e pagare alla parte della cosa pubblica. Parimenti al predetto monastero di san Lorenzo concediamo e confermiamo la chiesa della santa genitrice di Dio e vergine Maria chiamata **Cappella** con tutte le sue pertinenze, la quale é sita fuori **matalone**, cioè dalla parte di oriente come Gerbaldo la tenne. In simile modo al predetto monastero concediamo e confermiamo per intero un pezzo di terra che é in territorio di **matalone** nel luogo **Sambucitu** avente in sé diciotto moggia di terra e con questi confini. Da un lato é la terra che da noi tiene Rodolfo di **ponte ercimfrida**. Invero dall'altro lato é adiacente la palude. Da un capo é confine la via pubblica. Invero dall'altro *capo* é confine il sentiero che va alla stessa palude. Insieme con tutte le cose che si trovano entro di essa sotto e sopra e con le vie per entrarvi e uscirne e con le siepi e con tutte le cose ad essa pertinenti. Tutte queste cose menzionate come qui sopra abbiamo detto, Noi

Secundus Richardus. Capuanus. princeps. per hoc videlicet principale scriptum. Offerimus. damus. tradimus. Concedimus. et Confirmamus. in perpetuum. in prephato monasterio sancti laurentii. ad possessionem. et potestatem et dominationem iamdicti monasterii. et prephati domini Guarini venerabilis abbatis eiusque successorum faciendo inde utilitatem eiusdem monasterii. Remota omni inquietudine. Contrarietate et molestia omnium principum. successorum nostrorum. vel viceprincipum. Comitum. vel vicecomitum. Iudicum. Sculdahorum. Castaldeorum. Aliorumque omnium mortalium persona. Quod siquis huius nostrae Concessionis et Confirmationis paginam. Contemptor. aut Violator in aliquo esse presumpserit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem predicto monasterio et prephato domino Guarino venerabili abbati: eiusque successoribus. et medietatem nostro sacro palatio. Solutaque pena librarum. hoc nostrum principale scriptum cum omnibus que Continet. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut firmiter credatur. et diligentius ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri Sigilli inpressione iussimus illud insigniri.

come qui sopra abbiamo detto, Noi anzidetto Riccardo secondo principe **Capuanus** mediante questo scritto principale offriamo, diamo, consegniamo, concediamo e confermiamo in perpetuo al predetto monastero di san Lorenzo in possesso e potestà e dominio del già detto monastero del predetto domino Guarino venerabile abate e dei suoi successori facendo pertanto l'utilità dello stesso monastero, allontanata ogni inquietudine, contrarietà e molestia di tutti i principi successori nostri o di viceprincipi, conti o viceconti, giudici, scudieri, gastaldi e di ogni altro mortale. Poiché se qualcuno osasse in qualcosa disprezzare o violare questo nostro atto di concessione e conferma paghi come ammenda cinquanta libbra di oro purissimo, metà al predetto monastero e all'anzidetto domino Guarino venerabile abate ed ai suoi successori e metà al nostro sacro Palazzo, e assolta la pena pecuniaria questo nostro principale atto con tutte le cose che contiene rimanga in perpetuo fermo, difeso e inviolabile. E affinché più fermamente sia creduto e con più diligenza da tutti sia osservato con la *nostra* propria mano lo abbiamo rafforzato e abbiamo ordinato che fosse contrassegnato con l'impressione del nostro sigillo.



✘ Ioffridus Iordani.

✘ Richardus filius bartholomei.

✘ Ihon filius ermenioth.

✘ Rodulfus filius Raeli.

✘ Iohannes francese.

✘ Alamus de Rocca romana.

✘ Petrus frantioni.

✘ Ruallo filius aymonis.

✘ Cioldus singularis.

Ex iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi EGO QUIRIACUS IUDEX In anno dominice Incarnationis. M. Centesimo primo. et Vicesimo primo anno principatus prephati domini Secundi Richardi gloriosi principis Capuae. DATUM in aversana urbem Mense augusto. Videlicet in festivitate beati Laurentii. per indictionem nonam.

✘ Goffredo, *figlio* di Giordano.

✘ Riccardo, figlio di Bartolomeo.

✘ **Ihon**, figlio di **ermenioth**.

✘ Rodolfo figlio di **Raeli**.

✘ Giovanni **francese**.

✘ **Alamus de Rocca romana**.

✘ Pietro **frantioni**.

✘ Ruallo figlio di **aymonis**.

✘ Cioldo **singularis**.

Per ordine della predetta serenissima potestà scrissi io giudice Quiriaco nell'anno millesimo centesimo primo dell'incarnazione del Signore e nel ventesimo primo anno di principato del predetto signore Riccardo secondo glorioso principe di **Capuae**. Dato nella città **aversana**, nel mese di agosto e cioè nella festività del beato Lorenzo, nella nona indizione.